HEGESIPPUS

Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh. Seite 64v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26021
Copyright: Admont, Benediktinerstift

carere. Rursus de urbe tyberiade iotapatam petit. sive quod muni
tior ceteris esset et propterea inea plurimi se contulissent. bello promptiores
sive quod eo vespasianus plerosque eorum dirigi averteret quam munirent.
quod per montes difficile saxosumque asperum peditibus. equitibus autem invium
atque insuperabile foret. Denique diebus IIII. ne angustie officerent.
reserata sub manu strata. compositum est. quo facilius omnis exercitus
transmitteretur. Quinto die transitum eo ioseph. deiectosque iudeorum ani
mos erexit. Vespasiano quoque ubi factum indicium eo iosephum com
measse. incentivum celerandi itineris accessit. quod conficiendi belli compen
dium putaret. si dux et populus bello promptior interciperetur. Advenit itaque cum
exercitu. et primo die curandis cibo militibus. ne exitinere fatigatos cura
belli incesseret. tempus dedit. Sequenti die duplici acie vallavit ur
bem. et tercio equestri ordine. Quod videntes iudei. inclusos se et obsessos
undique. nec ullum effugii locum. ipsa desperatione audaciam suscepere.
Nulla enim res promptiorem bello militem reddit. quam necessitas proeliandi.
ex abrupto periculorum. Urgebat vespasianus iaculis. urgebat sagittis.
Missilibus quoque plurimi iudeorum ultra muros progressi. destinata feriendi arte
vulnerabant. manebant tamen inpavidi. Temptabat omnia virtus romana.
et maxime ubi infirmiora adverterat murorum subsidia. illic maio
re incumbebat manu. Pudor hos. illos armabant spes ultime. nec
minora referebant temptamenta audacie. Pericula a romanis cum virtute.
furore a iudeis cum temeritate certabant. Fessis itaque toto die. illis
pro salute. istis pro triumpho dimicantibus. nox pugnam solvit. Secunda
quoque die et tercio et quarto. similiter et quinto. plurimum actum est. sed ut solent inferen
tarius pugnis. plura vulnera quam neces inferebant. licet et a iudeis
sepe excursus. et a romanis temptarentur irruptiones. quos in iram ac
cendebat pudor. eo quod victores hannibalis et antiochi. omniumque
gentium. iudaicas pugnas inmorabantur. Tanta erat romane vir
tutis conscientia. ut non cito vincere. pars vinci estimaretur. Sed adversus
naturam magis erant illis quam in hostem certamina. Nam civitas preruptis

[Marginal note:] Ferro aperire viam salutis desiderantes. Gravia to lerabant iudei